



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 123. Æneas Sylvius ad Eugenium a Cæsare legatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



## §. CXXII.

Sæcul. XV.  
A. C. 1446.*S. R. I. Electorum comitia  
Francofordiæ.*

Cum Eugenius Theodoricum Coloniensem, & Jacobum Trevirensensem Archiepiscopos, atque Electores, eo quod palam Felici ac Basileensi Synodo faverent, dignitatibus suis exuisset, ideo S. R. I. Electores hujus exauctorationis causam discussuri, apud Francofordiam convenere, atque in hanc sententiam conspirarunt, quod hi duo Archiepiscopi Eugenii depositionem a Basileensibus attentatam omnino ratam haberent, nisi Papa judicium in hos Præsules a se latum irritum declararet, onera Nationi Germaniæ imposita tolleret, necnon auctoritatem Conciliorum, prout Constantiæ decisum fuerat, profiteretur; quocirca Legatos suos hac super re ad Cæsarem decreverunt, qui hæc Electorum consilia illi soli, & sex ejusdem Consiliariis exponerent, simulque rogarent, ut & ipse concordi cum eis opera Legatos Romanam mitteret.

## §. CXXIII.

*Æneas Sylvius ad Eugenium a Cæsare ablegatus.*

Ad hæc Fridericus respondit, se in ean-



Sæcul. XV. A. C. 1446. eandem cum eis sententiam abire, moxque eo consilio missurum se Legatum ad Eugenium Papam, qui eundem oraret, ut eorum precibus & ipse morem gereret. Decrevit itaque Imperator Legatum, quem a secretis habebat, Æneam Sylvium, qui Eugenio suaderet, ne S. R. I. Electorum postulata negligeret, maxime vero, ut exauctoratis Archiepiscopis pristinam redderet dignitatem; sic enim fore, ut Germani una omnes deposito neutrius partis studio ad ejus obsequium redirent: alioquin timendum, ne perpetuæ divisionis scandalum in Ecclesia oriretur, ex quo funesta oppido mala pullulare possent.

Æneas Sylvius demandata sibi provincia exacte defunctus erat, atque Eugenius facturum se omnia, quæ Imperator, atque Electores suasissent; fideque integra piis eorum consiliis pro pace Ecclesiæ adlaboraturum promisit. Quam ob rem Eugenius Thomam Bononiæ Episcopum ad Philippum Burgundiæ Ducem ablegavit, qui eundem induceret, ut ultro utriusque Archiepiscopi restitutioni consentiret. (\*) Consulto Pontifex

(\*) Observes velim, summum Pontificem in hoc solo articulo S. R. I. Principibus morem gessisse, non autem in iis, quæ Continuator §. priori



fex hunc Ducem præ cunctis interpella- Sæcul. XV.  
 vit; ejus enim potissimum intererat hæc A. C. 1446.  
 caussa, eoquod Nepos ejus in Colonien-  
 sis, frater vero illius (licet spurius) in  
 Trevirensis locum suffectus esset.

## §. CXXIV.

*Alius conventus Francofordiæ habitus.*

Cum Eugenius tam benevole Princi- Coch. hist.  
 pum votis obsecundasset, non mo- Huffit. l. 9.  
 dice eorum gratiam sibi conciliabat; Platin in  
 quapropter alium conventum ad initium Eugen. IV.  
 Septembris ejusdem anni Francofordiæ  
 celebrarunt; Intererant idem Thomas  
 Bononiæ Episcopus, & Joannes Carva-  
 jalus, ambo Pontificis Legati. Miserunt  
 quoque Basileenses Cardinalem Arela-  
 tensem, aliosque. In hisce comitiis  
 post crebras vtrinque altercationes de-  
 mum ad Æneæ Sylvii, aliorumque Fri-  
 derici Legatorum preces, conscriptæ  
 sunt quædam propositiones, quas si Eu-  
 genius ratas haberet, neutralitas in Ger-  
 mania tolleretur, solique Eugenio tan-  
 quam unico ac supremo Pontifici obedi-  
 entia restitueretur. Capto hoc consilio  
 Principes anno proximo ineunte ad Eu-  
 genium Papam Legatos decernebant.

## §. CXXV.

priori ab eis postulata fuisse narrat de auctori-  
 tate Conciliorum. Vide §. sequentem CXLIII.